

proximo preterit[o] ad domum propriam redeundo, / quidam equites et pedites vestri concives, equis et armis bene / muniti, cum vestris stipendiariis in quantitate non modica / ipsum dominum .. et eius familiam more predonio insultarunt, / eumque equis tribus pilaminis nigri, equo uno alio pi/laminis rubei, salma una pannorum et aliarum rerum in una / mala existentium nequiter spoliarunt et, quod gravius / [est], quendam ipsius nobilis natum, nomine P., ceperunt personaliter / [et] eundem detinent carceratum. Circa quod per nobilem virum / dominum .. de .., olim dicti ducatus in temporalibus vicarium generalem, / suis fuistis litteris requisiti ut super indemnitatem predicti / nobililis et relaxatione filii curaretis modo congruo providere, / quod minime facere voluistis; propter quod idem dominus .. a dicto / vicar[io contra vos] et vestrates de toto ducatu, provincia, in per/so [nis et rebus] represaliarum licentiam obtinuit, prout hec / [in] registro nostre Curie generalis eviden[t]ius continentur, necnon / [...] nos hucusque et sepe sepius requisivit / [ut con]firmare iam dictam represaliarum licentiam dignaremur; / quod facere distulimus quousque predicta vobis nostris pa/tentibus litteris extiterint manifesta. Quare, cum ex debito / officii nobis iniuncti universos et singulos nostre iurisdictioni / submissos teneamur defendere et ad eorum iurium recupera/tionem nostrum iuvamen impendere, consilium et favorem, nobili/tatem vestram tenore presentium rogamus et requirimus omni affectione qua possumus, quatenus vobis placeat intra X dierum spa[tium] / post presentationem huius mandati eidem domino .. de predictis / rebus ablatis vel earum extimatione facere satisfieri, necnon / dictum suum natum restitu[ere prist]ine libertati. Alioquin scire / vos volumus, quod eidem nobi[li viro, term]ino dicto elapso [...] // [...] in per[sona] et rebus / [...] actionem condignam ipsarum repre[s]aliarum lice[n]tiam / confirmabimus et ex nunc prout ex tunc eandem duximus / confirmandam. /

100.

M. de .. erlaubt dem Empfänger, im Herzogtum Spoleto bis zu fünf Personen und Sachen bis zum Wert von zwanzig Florenen zum Pfand zu nehmen für die Rückzahlung von Schulden, die der Syndikus einer Stadt beim Empfänger gemacht hat, und befiehlt, gefangengenommene Personen zur Kurie des Herzogtums zu bringen.

Hs. fol. 19^v.

Noverint universi presentes litteras inspecturi quod nos M. / de .. loco damus et concedimus licentiam et liberam potestatem .. / capiendi